

Heinrich Rudolph Redecker

**Henricus Rudolphus Redeker/ Iur. D. & p. t. Fac. Iur. Decan. suo & Ampliss.
Facult. nomine Ad Exequias Quas Viro Ampliissimo ... Henrico Rahnen, I. U. D. &
Prof. celeberrimo ... Vidua, & liberi eius moestissimi hora I. in aede Jacob.
paratas cupiunt: : Omnes literatos & literatorum fautores officiose invitat.**

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775828041>

Druck Freier  Zugang



Redecker, H. R.

in

H. Rahne.

Rostock, 1662. /b





HENRICUS RUDOLPHUS

Xedeker / Jur. D. & p.t. Fac. Jur. Decan.
suo & Ampliss. Facult. nomine

Ad Exequias

Quas

V I R O

Amplissimo, Consultissimo & Excellen-
tissimo

D N . H E N R I C O
R A H N E N ,

J. U. D. & Prof. celeberrimo, Facult. Jur.
Seniori, & ad XXIX. annos Adseffori merissi-
mo, uti etiam Consistorii Provincialis
Consiliario gravissimo,

dua, & liberi ejus moestissimi horar.
in æde Jacob. paratas cupiunt:

Omnes literatos & literatorum fautores
officiosè invitat.

ROSTOCHII,

Literis JOHANNIS KILII, Anno M DC LXII.





Mbigerenos facit justus dolor, qui cum
bonos omnes, tum in primis Amplissi-
mum Jurisconsultorum ordinem ex in-
speratissimo obitu Nobilissimi & Conul-
tissimi Viri Dn. HENRICI RHAN II,
Juris Doctoris & Professoris longè celeberrimi in Academiam hanc plurimis meritis dudum clarissimi, occupavit, utrum calamum ad contestandum serium dolorem admoveamus, an luctui imparem contineamus. Hoc quidem suadere videtur luctus magnitudo, cui exprimendo vix verborum ulla copia sufficit, & si adsit, vix talis fuerit, quem non ipse dolor, anteqnam efflorescat, in ipsa quasi herba absorbeat. Illud suo jure tamen postulat debirum, & amor in collegam, utinā diutius si ita Deo visum fuisset! conjunctissimum, ne nihil dicendo amoris parum vel nihil habuisse videamur, in illum, qui omnium erat bonorum amore dignissimus. Nero uti Seneca testis est, cum, in prioribus quinq; laudatissimæ suæ imperatoriæ administrationis annis, Burrus belli dux sententiam mortis, in flagitos milites, subscribendam obtulisset, & exsequitione ursisset, mitissimus hanc principe dignam clementiæ vocem retulit: utinam scribere nescirem! In exemplo dissimillimo, idem in præsens optaremus, si per divinæ providentiæ dispensationem liceret, ut, nō in funere indigni, sed multis annis bonorumq; omniū amore dignissimi, literas nesciremus, imò jacturam, quam res publica in avocatione tanti viri sentit & acerbis-

bissime dolet! Scire tamen literas quibus dolorem ex
inopinatissimo occasu hujus quasi astri splendidissimi
quod Academiam hanc ultra viginti octo annos illu-
stravit, omnino imperat humanitatis sensu divinorum
judiciorum reverentia, viri occubentis virtus, & ejus
in commune bonum merita, & arctissima amoris cum
eodem unio, & debitum allevandi condolentiâ no-
strâ dolorem eorum, qui ex sanguinis nexu eò acer-
bioribus animi motibus lacinantur, quo intimus hæc
sui quasi cordis portio, insperatò reuulsa, sedet. Com-
munis id quidem imperat humanitatis, nisi infra be-
stiarum instinctum fuerit abjectus sensus, ut socii vul-
nus, ne dicam mortem ad animum admittamus. Qui
vel cygnum compare erupta alas ad Zephyrum exte-
dere sortemq; ejus deplorare, vel hirundinem cantu
querulo tristitiam contestari, vel apes defunctum aut
socium, cui modico tempore assueverant, funeran-
tium instar progerere & submisso murmure exe-
quias quasi persolvere videmus. Abest per divinam
in universa creata bonitatem, ex prima creationis ra-
dice ~~anima~~ illa stoica, qua insensati homines, nec in
bonis cum lætitia acquiescere, nec in malis condolen-
do affici scire voluerunt. Quo magis nos hodiernum
luctum intimus in animum admittamus, qui non sal-
tim virum optimum & conversatione quotidiana per-
petuis virtutum vestigiis insigni familiarissimum ad
meliora admittere & præmittere coacti sumus. Im-
perat

perat idem divinorum judiciorum reverentia de quibus olim ipse Spiritus Sanctus *Esaiae* c. 57. Moritur inquit, justus & non est qui recogitet in corde suo : Et viri sancti colleguntur, nec est qui intelligat. A facie enim mali imminentis collectus est justus, in pacem venit, & requiescit in cubili suo, qui ambulavit in rectitudine sua. Scilicet cum viri pietatis & virtutum laude constantes ex inquietudine hujus seculi, in tranquillitatis portum, avocantur, ipsi quidem transeunt in cubicula felicitatis in quibus dormiunt, donec tuba novissima intimet ipsis etiam arefactis ossibus, adesse amicum, servatore & vindicem suum, cui per vitam servierunt: impii verò quibus nihil curæ cordiq; est, atque ingurgitas hujus seculi, voluptatibus, avaritiâ & mulatione, invidia aliisq; vitiis fluentes fontes & sordes, occasum virorum piorum nihili faciunt, neque vident nubes diluvii iræ divinæ, quibus ipsi suffocandi sunt, subductis aliis. Cæterum illi qui illuminatis mentis oculis plura per Dei spiritum vident, quam sentiunt, in occasu eorū qui pietate floruerunt & recogitat in corde suo, & colligunt a facie imminentis mali ad meliora, colligi justum, ne videat sui seculi clades. Quomodo *Josiam* Deus abstulit olim è medio fratrum suorum ne videret, aut pateretur luctuosissimam reipublicæ Judaicæ excisionem & captivitatem Babyloniam ignominiosissimam pariter & durissimam 2. Reg. 22. Nec non *Augustinum* Vandalis Hippoñem obsiden-

dentibus? Refert ex Tudensi *Illusterrimus Bronius*
ad annum Christi DCC LVII cum Alfonsus Catholi-
cus, Gallæciæ Rex Ecclesiæ columen, & gloriosus Sa-
racenorū triumphis, ad Dominum migravit in obi-
tu ejus auditæ esse voces Dominum laudantium & di-
centium: Ecce quomodo moritur justus ablatus à fa-
cie iniquitatis, & erit in pace memoria ejus. Bene,
Gregorius lib. III. Dial. C. XXXVII. quærenti Petro cur-
boni, qui aliis ædificationi esse poterant è vita hæc ci-
tius subtrahantur? respondet. *Malitia remanentium*
meretur, ut hi qui prodeesse poterant, festine subtrahantur &
cum mundi finis appropinquat, electi tolluntur ne deteriora
videant. Hinc est quod Propheta ait: *Justus perit,* &
nemo est qui recognoscit in corde suo; & viri in sericordia tol-
luntur, qui non est qui intelligat. Sic felices illos qui an-
te occupationem Trojæ occubuerunt *Virgilius ca-*
nit:

O terquam quaterquam beati
Quis ante ora Patrum Troja suo moenibus altis
Contigit oppetere.

Requirit porrò condolentiam nostram seriam, exqui-
sitissima illa virtus, quam pie defunctus in omnibus
suæ vitæ partibus ostendit. Quæ si amorem meretur
bonorum ipsorum etiam hostium uti *Pindarus Od. IX.*
Pyth. Ne laudationi, ait, inimici quidem parcendum est, me-
rito suo eam reportantis; Et *Seneca IV. de benef.* Ita gra-
tiosa est virtus natura sua, ut insitum etiam malis sit pro-
bare

bare meliora. Quid non luctus meritò pectoribus nostris insidere confiteamur ex obitu illius, cuius virtus se à constantia eminentiæ, vix unquam dimoveri passa est? quem boni omnes in exemplum seculi diutissimè superesse optassent, si yoti humanisatorum res esset? quem quotidianæ conversationis usum, nobis ad seros annos faciliorem reddidisse vovissemus? Vel ipsa enim invidiâ teste pie defuncti frons à morositate, manus à rapaci avaritia, os à vaniloquentia, aures ab impurissimis detrectatorum linguis, ipsum pectus ab iniquitate seculi fuit alienissimum, uti de ipso verè quod olim Isidorus Pelusiota scripsit lib. II epist. XIII. affirmari queat: *Qui virtutem contubernalem habent, iis quin ipsius expertes sunt, tantum præstant, quantum homines bellui, & angeli hominibus antecellunt. Siquidem per forum tanquam luminaria quadam graduntur, simulatq; in tenebris conspecti fuerint, aliorum oculos in se convertentes.* Epist. XIV. Veri inquit, ac sinceri virtutis amatores & dum in corpore vivunt res publicas dirigunt, & eo deposito amoris ac desiderii aculeum relinquunt. *Qua circa & clara atq; insignia eorum monumenta sunt & in honore posteri & perpetua memoria, idq; meritò virtutem adepti sunt, qua ita natura comparata est, ut eam mors minimè attingat.* Et hæc quidem virtus illa est, cui bono, quivis sese amore & commendatione devinctissimi sentiunt. Cui si merita illa virtutis, labores indefessi publici & privati quo ultra

ultra viginti octo annos desideratissimus noster collega in Academiæ hujus bonum elocavit, accedant, quas piè defuncto monumenta debita erigemus; imprimis quotquot publicum bonum, ejusq; cultores, pluris, quam privatam inquietudinis vanitatem faciunt. Quis non senilli optimo apud *Heliodorum lib. ii.*

Aethyop. assimiletur qui cum Cnemō benefacti præmium requireret, pro præmio verba hæc reddit: *Gratitudo viro sapienti pulcherrimum munus, multosq;* novi, qui hoc donum tanquam thesaurum, in animo reposuerunt. *Quod si in patriam venerimus hauries opes quam* maximas. Et cum Cnemon reponeret, futura & incerta senem promittere, cum liceret ex præsenti copia reniunerari. *Judica ait, senex quid in præsentia vides.*

Adeò cupidè vel partem aliquam corporis amittam, ut nullo membro me mutilatum esse, sed integræ omnia habere me sim existimaturus. Quis, inquam, spis beati defuncti nostri manibus, si præmium laborum transitorium à nobis flagitare possent, cum felicissima anima nunc terrena omnia longè infra ullius desiderii rationalis dignitatem, corpore nudata æstimet, idem non respondeat? Cæterum nec virtutis splendorem, nec meritorum ordinem, nec cognatorum amorem & lachrymas, nec publica piorum & bonorum desideria respicit lex illa, peccatoribus fixa irrefragabilis: pulvis es, & in pulverem converteris. Quin omnem humanæ vitæ ordinem, dignitatem, laborem, studia, metus, spes,

&c

& quicquid est amabile aut formidabile in eadem,
præter Dei amorem & iram, sub vanitatis censum re-
vocet, & nos quotidianis exemplis ad ejusdem me-
ditationem, rerumq; nostrarum ad eandem compara-
tionem, & vanitatis, mortalibus adeo dulcis , fugam,
invitet. Etenim si quidquam vel ab animi vel corporis,
famæ vel fortunæ bonis præsidii esset, quo subsistere
contra mortis dictaturā possimus, quis beatè dormiētē
nostrum collegam ex amplexibus amoris honesto-
rum omnium evulsisset? scil:

Mors tamen inclusum protrahet inde caput.

Licet exstruat marmoribus atq; auro.

Superbus aulam : limen armata ducis

Servent cohortes : supplices dextram petant

Parthi cruentam : regna divitias ferant

*Veniet dies tempusq; quo reddat suis
animam.*

Bene Hierony. de hac vitæ humanæ, tot vanitatis fa-
bulis admirandæ, fugacitate, ad Heliodorum, Xerxes,
ille ait, magnus Rex potentissimusq;, qui subvertit montes,
maria constravit cum de sublimi loco, infinitam hominum
multitudinem & innumerabilem vidisset exercitum, flevisse
dicitur, quod post centum annos nullus eorum quos tum
cernebat super futurus esset. O si possemus ascendere su-
per talern speculam! De qua universam terram sub pedibus
cenerem is jam tibi ostenderem totius mundi ruinas gentes
gentibus, reges regibus, regna regnis collixa. Alios torque-

ri, alios necar, alios absorberi fluctibus, alios in servitutem
trahi. Et non tantum Xerxis exercitum, sed totius mundi homines, qui nunc vivunt in brevi spatio defuturos. Vincitur sermo rei magnitudine, Et minus est quod dicimus.
Redeamus igitur ad nos Et quasi celo descendentes paulisper nostra videamus. Sentis obsecro te quando infans quando
puer quando senex factus sis. Quotidiè morimur, quotidiè commutamur, Et tamen aeternos nos esse credimus.
Et hæc est vitæ humanæ tot inquietudinis variæ fluctus indies agitæ gloriofa & splendida vanitas, quā
in manu hostis, altissimâ pace in manu Dei & ser-
vatoris sui fruens, per victricem agni pro nobis macta-
ti sanguinem superavit. Reliquit nobis qui terra sum-
mus & pulvis corporis sui, splendidi illius spiritus
sancti olim templi, exuvias, pulverem & terram, nos
de eo quod ipsi brevi erimus admonens: sed & amo-
rem & desiderium suum, quod virtutis proprium est,
nobis reliquit, totique literario orbi famam, & erudi-
tionis laudem hoc in Roseto fragantissimam im-
primis. Quam, cum alia, delarandæ in pie defunctum gra-
titudinis documenta desint, eò alacrius ornabimus
& recensebimus quo dignior ipse est (cujus memoria
nos inter & cælestes in benedictione est) qui etiam ve-
nerandæ posteritati per nos ut exemplar virtutis, ju-
stitiæ, candoris, eruditioñis & infucatæ pietatis ostendatur.

B
Quod

Quod adeo ad laudatissimum vite ejus curriculum attinet, na-
tus est in hunc mundum immundum beatus noster (ut historiam
vite pro ut ea nobis scripto fuit exhibita) in Urbe Brunsvicensi,
parentibus & majoribus illis quorum virtus & pietas sobolis felili-
tatem sine errore omninari permittit. Patens fuit Nobilissimus
& Consuliſſimus Vir HENRICUS RAHNE U. J. D. & cele-
bris Ducatu Brunsvicensi Practicus, Syndicus Helmstadiensis &
postmodum Consiliarius Lunaburgensis amplissimus. Mater fe-
mina generis & virtutum splendore conspicua (laudatissima familie
propago ibidem notissima) nomine CATHARINA Reichen. Avus pa-
ternus fuit vir Spectatissimus & integerrimus HENRICUS RAHNE,
civis inter Neobrandenburgenses commendatissimus. Avia paterna
famina itide suis animi corporisq; bonis ornatisſima Meckel Baden.
Avus maternus fuit vir Nobilissimus Amplissimus & Consultissimus
Dn. BARTHOLD US Reiche, Holtzmunda Brunovicensis, Magi-
ster, & Professor publicus Lipsiensis celeberrimus. Is cum aliquo tem-
pore sua, in quam Lipsia vocatus fuerat stationem, non sine lau-
de exornasset, in Italiā profectus est, uti cum Doctoratus insigni-
bus ex Academia Bononiensi reverteretur & redux à Serenissimo Lu-
neburgensi principe Henrico juniore in consiliariorum numerum
cooptaretur, in qua dignitate duabus vicibus legatus in Poloniā
missus & tandem Decanus S. Blasii in Ducatu Brunovicensi rite
electus est. Avia materna fuit fæmina virtutibus eum sexum
quam maxime ornantibus decora CATHARINA DO-
NICKEN. Hisce parentibus & majoribus natus fuit pie
defunctus noster 14. die Februar. Anno 1601. Braunsuige, missus
adeo à sanguine parentum splendidissimo, in landis & virtutis
patriæ avitæ communione & propagationem non sine in-
signi divino munere, quid enim pulchrius, quid suavius, quam
in claro parentum nomine legere quasi posse, insignem laudem
atq; amorem bonorum omnium, in cuius hereditatem adeo non
sine felici omni succadamus, tanquam in possessionem optimam, ut
Irido.

Isidorus Pelusiata Bona, inquit, existimationo, passim sese diffundente ac terram ac mare perlustrante, melius & præstantius nihil est. Nec Cræsi thesauros cumiis quisquam comparet. Ac proinde à Proverbiorum autore dictum est: Melius est nomen bonum, quam divitiae multæ, super aurum & argentum gratia bona. Quid verò tandem hac avita gloria fuerit si ad æternitatis honorem, solis regeneratis promissum conseratur? quid nisi vanus sub lingua ventus? fallax hominum, opinio, umbra similis, quæ nihil est nisi veri luminis absentia, et fallax corporis imitatio? Imo in conspectu Dei, (à fiduci fragrantia per sanguinem Christi omnia astimantis) nil nisi maledictæ carnis fator, inferni Vermiculosis putidissimum pabulum? Hoc expenden-dentes beati nostri Collegæ parentes idjure antiquius habuerunt, ex quo filio veram Deo existere posset gloria, communioq; supracœlestium, tanquam corona immarcessibilis. Porrigitur, illa in lavacro baptismali, cui ut filiolum recens cum contagione naturalis maledictionis natura, salutari immersione committerent ante omnia curarunt, unde profunduntur prima non mendacis felicitatis limina, sicut prudenter Prudentius hymno jejunantium canit.

Hoc ex lavacro labo demta criminum,
Iban renati non secus, quam si rudis
Auri recocata vena, pulchrum splendeat,
Micet metalli sive lux sive argenti
Sudum portio prænitens purgamine etc.

Christo insertus symbolum sacre militie accepit nomen HENRICI. Crevit sub parentum cura usq; ad annum secundum, qui annus sicut tota vita Christianorum perpetua est per crucem exploratio, parente suavissimum ab inspectione, provida cura, & amore, ad cœlestia avocavit. Successit in educationis atq; ad pietatem innutritionis officium pia mater, dudum inter immortales recensita, usq; in annum 1610. quo cum fratre natu majore CONRADO nunc etiam inter beatos existente (quæ est humana vita fragilitas) alegato fuit ad materteræ

maritum virum Amplissimum & Consultissimum Dn. Matthiam
Gerdes U. J.D. & Syndicu[m] VVismariensem, in scholam quae eo tem-
pore ibidem erat florentior, ut in ea sub manu dictione peculiaris pre-
ceptoris in adib[us] & inspectione optimi illius viri in linguis & arti-
bus adolescerent. An. 1616. elegantissimum hoc fratrib[us] par è schola
VVismariensis avocatum & in Monasterium Dofeldiense ab optimis
literis ibidem florentibus commendatissimum traditum est, primum
quidem in convictum Pastoris ejusdem monasterii, postea in nume-
rum alumnorum. Anno 1617. fatis concessit indulgentissima & pien-
tissima mater, tuncela Clarissimorum virorum Domini Doctoris
Valentini Moller[us] Decani, & D. Conradi Colers tunc tempo-
ris Canonici in Capitulo S. Blasii & postmodum inferioris Saxoniae
Cancellarii commissis duobus hisce orphanis. Anno 1618. 14. Octob[us]
pie defunctus noster studiorum gratia, postquam in Scholis trivialibus
pulcherrimis profectibus instructus esset, in Academiam Jenensem,
sublimioris literaturæ ditissimum emporium concessit, ibidemq[ue] no-
cturnis diurnisq[ue] vigiliis virtuti & eruditio[ni] vacans usq[ue] in Annum
1623. 2. diem Maji substituit. Jena una cum fratre mense Julio
ejusdem anni in Helmstadiensem Academiam, non minori animi
cum contentione ibidem atq[ue] Jena literis operam navans, profe-
ctus est, in annum usq[ue] Domini 1625. quo multis flagellis justitia di-
vina, peccatorum ultrix in ea loca sevire caput, peste partim homi-
num inanes spes s[ecundu]m malas terminante; partim Martis crudeli-
tate (siquidem a tempestate Regia Majestas Dania in Campi ducem
circuli inferioris Saxonia electa, cum Liga catholicorum funesto
bello committebatur) ea loca de populante. Coacti fuere adeo non
studiosi solum sed & Professores suas Musarum sedes in tutiores
transferre. Et fratres quidem bi Rostochium, ubi in annum usq[ue]
1629, ut commodissimum Parnassum ex turbis subducti substiterunt,
felici omne abierunt. Maturiora tunc statris HENRICI nostri stu-
dia in ministerium & consilia diversorum experti cuperunt. Desulio
hic pra aliis Domino Gebbardo de Alvensleben / Erzlebia, prope
Mad.

Magdeburgum. & prævia vocatione anno Dñ. 1630. summa cum fidelitate res eius forenses & alias quasvis, cum variis itineribus tum consiliis prudentissimis, curare orsus est. Ceterum cum Magdeburgum bellicis flammis, & in eo principalis sui, & acta & bona tragico casu absumerentur, varia consilia & spes dissolvi, nova verè suscipi cuperunt. Etiam piè defunctus noster sua stationi dictæ valedicens, àr erum gerendarum felicitate, & eruditione exquisitissimam jam tum celebris, Mense Octob. an. 1631. Rostochium repetit & tandem Musas Grypicas in vicinia salutavit. Ubi tamen virtus ipsum latitare non præmisit, quin ipsum requirens Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus ADOLPHUS FRIDERICUS Dux Mecklenburgicus, Princeps vetustæ, gentis Henetæ, Suerini ac Razeburgi, Comes Suerinensis, terrarum Rostochii & Stargardiae Dynasta, &c. glorioſa memoria, mediante legitima vocatione, in numerum Professorum atq; patrum Academicorum adscisseret. Quo in loco constitutus duo sibi decesseratus, utrumq; sine mora aggredi putavit. Alterum ut futuræ vitæ sibi suavissimam conjugem & maritalis thori sociam eligeret: alterū ut peregrinationib; terras alienosole calentes obcurando, varios hominum mores, consilia, respuplicas lustraret, & ubique decerpere sibi quod in officio usui esse posset. Utrumq; ex voto facile fuit. Illud cum felicibus sponsalibus in futurum matrimonium conjugalem fidem promisit Nobilissimæ & virtutibus ornatisimæ Virginis ELIASA BETH von der LIPPEN / Suerini. Hoc verò cum per Episcopatum Bremensem & Friesiam Orientalem in Bataviam, salutatis novis Academiis, Gröningensi & Franekerana, in Lugdunensem concessit. Hinc per Seelandiam in Regnum splendidissimum Anglorum, visitatis etiam celeberrimis ejus loci Academiis Oxoniensi & Cambricensi, peregrinatus. Neq; hæc terrarum spatia sufficiebant capacissima virtutum menti, quin & in Galliam abiret ejusq; metropolin. Parisiis cum aliquo tempore (observatis memorabilibus ejus loci monumentis) substitisset, aliasq; regni illius Academias vidisset, etiam in alijs regna & terras contulisset, nisi re-

voca-

vesatus, per illustriora Gallici sole loca, per Remenses, Sedanenses
&c. Legatum item, & Brabantiam (ubi noctu à Latronibus obsessus,
ingens periculum adiit, vix evasurus, nisi divina clementia, ipsum
suo ministerio destinans, sic eripuisset, ut vitam retinuisse in sum-
mo loco poneret) Rostochium reverti coactus fuisset. Hæc fuit illa
alma tot immortalium ingeniorum mater, que & ipsum beneficis
nu exceptit, atq; præviis speciminiibus ordinariis Doctorandorum ipsi
19. die Sept. 1633. Doctrura titulo & Privilegiis nobilitavit, promotore
Viro Nobilissimo & Amplissimo Dn. D. ALBERTO HEYN seniore,
& Dn. D. LAURENTIO STEPHANI Procancellario. Quibus ho-
noribus collatis 31. Octob. in locum Professorum, Facultatem Juridi-
cam, ac Ducale Consistorium ritè introductus, & polentibus omnibus
recepitus est. Anno sequenti 1634. 5. die Febr. cum predicta Virgine
Nobilissimi & Amplissimi Viri Dn. Doctoris CHRISTOFF. VON
DECKENHOPPEN Regiae Majest. Danice Cancellarii filia suavissi-
ma Rostochii nuptiale votum consummavis. Conjugium intimore
Dominii cæptum sine benedictione desideratissima, larga Dei bonitas
esse non sivit, quin illud coronaret aliquot sive gratia eignoribus. Pri-
mum fuit filius, dicta MARGARETHA, secundus Conjugii tran-
quilli fructus filius HENRICUS, quos tamen non diu divisa lemen-
tia in immundo hoc seculo molestis laboribus vite humana defatiga-
ri permisit, sed citò ad se heredes glorie aeternæ revocavit. Tertia
vice suscepérunt filiam CATHARINAM, matrimonio felici junctam,
annis nubilibus, viro Amplissimo & Consultissimo Dn. HIERONY-
MO DECKENHOPPEN U. J.D. & postquam ille inter mortales, per pla-
cidam & beatam mortem esse desisset, votis nuptialibus traditam
in Conjugium viro itidem Nobilissimo & Amplissimo Dn. MARTINO
DECKENHOPPEN U. J.D. qui hodie per Dei gratiam superstites acerbissi-
mis Lacrymis prosequuntur tam indulgentem, & suavissimum pa-
rentem. Exxit Deus ut hoc adeo tristi casu mortis, eo animo affician-
tur, qui illustratus spiritu fortitudinis & consolationis, omniaque
tran-

transitoria sunt facile in Deo superat! Quarto viderunt ex se filium,
CHRISTOFORUM brevi post id denatum. Tandem suscepere quin-
tum appellationum CONRADUM qui hodie inter mortales optimam de-
se in literarum studio spem dudum fecit, cuius ex animo idem docemus
quod suavissima sorori jam nunc optavimus. Tanta benedictione
conjugiali dictati dicti conjuges, quae sunt nostra fragilitatis vices, in-
sperato inter veniente mortis beatissimae dictatur, separati, atque ma-
ter filiorum horum cælestibus associata est die 8. April. Anno 1642. ex
quo octo annos, duosq; menses in pacatissimo conjugio substitissent.
Sic viduitatis squalore occupatus beatus Collega noster, in vita solita-
ria, patientiam & pietatem Deo probavit, usq; dum, varia domestica
onera, aliam illarum partium fidelem cur atricem seligere juberent.
Qua gracia nova copula matrimoniali sibi fæderavit Nobilissimam
& Virtutibus omnigenis fulgidissimam ELISABETHAM STEPHANI
viri Nobiliss. & Ampl. LAURENTII STEPHANI U. J.D. Sereniss. Du-
cis Magapol. Consiliarii & Cancellariae directoris, nec non Pandectarum
in hac Academia Professoris longè celeberrimi, Cofistorii Assessoris, &
judicij Provincialis Vice-Præsidis filiam, viduam, viri itidem Nobilis-
simi & Consultissimi Domini Doctoris LAURENTII MARQUAR-
DI Consiliarii Bremensis & Verdensis, nuptiis celebratis anno 1643,
18. Septembr. Sed & hoc Conjugium coelesti benedictione vacuum,
divina bonitas esse non est passa, quin sex pignora castissimi amoris,
numero filios inter & filias ex aequo diviso, scilicet LAURENTIUM.
CHRISTOFORUM. ANNAM. JOACHIMUM BARBARAM & ELI-
SABETHAM amplecterentur. Inter quos Barbara manibus sui
Creatoris, redditum imperantis, restituta est.

Et haec vita pie defuncti nostri est historia, quam si vir-
tutibus nemini non hoc in loco notissimis, meritis in hanc
Academiam, & pietatis exercitiis maxime commendabili-
bus quæ in ipso eminuerunt, orationis penicillo illustratu-
rus esset, næ! ipsi citius tempus quam largissima memoran-
di materia deforet, Tandem cum Deus meliora ipsi post
in-

innumerous hujus seculi labores & molestias, pietatis præmia oblatus esset, gratiam rarissimis concessam hanc ipsi induxit, ut sine diuturnis morborum lancinationibus & angustiis, obitu aliquomodo ad ipsos accedente qui ferè sine morte mortui sunt, ad cœlestem aulam, & nunquam terminanda gaudia transiret, relicto inter mortales summo sui desiderio & amore. Felicissima fuit hæc è carcere ad libertatem, è tenebris ad lucem gloriæ, è morte ad vitam perennem transitio, hujus Mensis die 2 facta, saltim id secum ferrens, uti conjugi amantissimæ & liberis exquisitissimi doloris animi vulnera infligeret. Cæterum medici benefici manus, servatoris consilia, patris affectus ille fuit qui corda percussit, ut eò splendidius sua consolatione demonstraret quanto magis cælestiarefocillent, atq; seculi jacturæ perturbant; quam Spiritus divini gratiam, lætitiae oleum, solamen Israelis fontes uberrimos sauciis mœstorum animis apprecciamur. Vos verò qui virtutis pretia & pietatis debita non ignoratis, seriè monemus & rogamus, ut frequenta vestra funeris deductioni hoc die commodanda, testemini quanti faciatis eos qui dum vixerunt Deo, ecclesiæ, atq; bono publico, in omnibus vitæ partibus fuere devotissimi, & acceptissimi,

Dabamus sub Sigillo Facultatis Anno
M DC LXII. ille nono April.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775828041/phys_0021](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775828041/phys_0021)







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775828041/phys_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775828041/phys_0024)

DFG

transitoria sunt facile in Deo superat!
 CHRISTOFORUM brevi post id denatum
 appellatum CONRADUM qui hodie
 se in literarum studio spem dudum fecit
 quod suavisima sorori jam nunc optat
 conjugiali dicti conjuges, quae sa-
 sperato inter veniente moris beatissi-
 ter filiorum horum cælestibus associata
 quo octo annos, duosq; menses in paca-
 Sic viduitatis squalore occupatus beatus
 patientiam & pietatem Deo probat
 onera, aliam illarum partium fidelem
 Quaeratia nova copula matrimonialis
 & Virtutibus omnigenis fulgidissimam
 viri Nobiliss. & Ampl. LAURENTII STEPHANI
 tis Magapol. Consiliarii & Cancellariae
 in hac Academia Professoris longè celeb-
 iudicii Provincialis Vice-Praefidis filiam,
 simi & Consultissimi Domini Doctoris
 DI Consiliarii Bremensis & Verdensis,
 18. Septembr. Sed & hoc Conjugium ca-
 divina bonitas esse non est passa, quin se
 numero filios inter & filias ex aequo di-
 CHRISTOFORUM. ANNAM. JOACHIM
 SABETHAM amplectentur. Inter
 Creatoris, redditum imperantis, restitut

Et hæc vitæ piè defuncti nostri
 tutibus nemini non hoc in loco no-
 Academiam, & pietatis exercitiis i-
 bus quæ in ipso eminuerunt, oratio
 rus esset, næ! ipsi citius tempus qua-
 di materia deforet, Tandem cum



, quam si vir-
 titis in hanc
 commendabili-
 lo illustratu-
 a memoran-
 ora ipsi post
 in-

the scale towards document

ruit ex se filium,
 suscepere quin-
 tales optimam de-
 no idem vovemg
 ta benedictione
 gilitatis vices, in
 reparati, atq; ma-
 il. Anno 1642. ex
 gio substitissent.
 r, in vita solita-
 varia domestica
 ligere juberent.
 vit Nobilissimā
 AM STEPHANI
 D. Sereniss. Du-
 non Pandeclarū
 rii Assessoris, &
 itidem Nobilif-
 MAR QUAR-
 atis anno 1643.
 ione vacuum
 issimi amoris,
 AURENTIUM.
 RAM & ELI-
 a manibus sui